Quocirca non semel suspicari contigit, populari magis tenu, nñque loquendi Eudoxum illa scripsisse, que ex Hipparcho cap. IV retulimus, quād quod ita fieri, ac revera judicaret, eam stellam, cuius motus non discernetur oculis, polum esse mundi, ut hec ipsa verba: *εἰτε δὲ ἔτι διὰ μέρους εἰσὶ οὐρανοί,* sic accipi debant: *Hac illa stellæ est, quam polum mundi vulgus appellat,* quemadmodum hodie postremam in cauda Cynosuræ non solum polarem stellam, sed etiam polum mundi, nonnumquam dicimus. Atque hoc eo de Eudoxo credibilis est, quod in circulorum parallelorum descriptione minime ad ambarum illarum stellarum alteram intervalla dimensus videtur; sed ad ipsum polum mundi. Quamquam ne ad hunc quidem fatis exacte conveniunt stellarum, quæ in circulis istis ab illo constitutuntur, distant, utipque *εἰσοχεῖς*; plerunque, ac negligenter tam ab hoc, quam ab Arato circumscripta sunt. Sed quō sit utilior hæc nostra disputatione, & illufrandis Hipparchi, Gemini, ceterorumque, quos hic edidimus, auctorum monumentis aptior; paulò hæc aliud inquirentes licet circulorum rationes expondere.

Quamquam Eudoxum, & Philippum excusare fortem quod non possumus, nisi Græcia, hoc est Ärtica, nominat hoc, quod Hipparchus scribit, affinxerint, de quo, quia illius libri non existant, affirmare non licet. Et illi enim in calce parapiegmati Ptolemaici, quod in hoc opere primum a nobis publicatum est, adnotatum legitur, Eudoxum in Afia, Sicilia, & Italia observationes suas edidisse. Erat oriundus Eudoxus Gno: ubi & illius specula monstrabatur, è qua Canubum prospexit, ut auctor est Strabo lib. II. Hujus urbis parallelus idem est ac Rhodi, eodem teste. quare polus gradibus tringita sex attollitur. Ad hunc coli possumus neuter de duobus longissimi dies modus convenit, quos ex Eudoxo referit Hipparchus: sed Italia quadrat. Ideo in fine Ptolemei nostri notatum est, Eudoxi, & aliorum quorundam observations ad parallelos tres accommodari: nempe ubi dies est horarum 14:, & 14:, & horarum 15.

Philippum verò in eadem esse causam non patitur ille Scriptor anonymous, dum ejus observations co parallelo circumscrifit, ubi dies horarum est maxima 14:, quem in Peloponneso, & Locride ait obseruasse. Sed postquam Locridem hanc in Italia esse, magnaque Gracia lib. VI, cap. IX. demonstravimus, potest non minus aquo *ὑπερβαθμῷ* defendi, quam Eudoxus; si, ut est verisimile, parapigma suum ad patria futurum exegerit.

Sane, quod ad Eudoxum attinet, credibile est, non unum genus parapiegmati, nec unius loci ab eo esse conjectum; sed alterum ad patriam, Græcumque coli possum; alterum ad Italiam accommodatum suffit; ac diversum adeo utrobique dierum modum est definitum. Non enim sic hebes illi fuit, & ignarus artis fuit; in qua principatum illo tempore tenuit; ut longissime in Attica diei rationem ad brevissimam ejusmodi faciat, qualem Hipparchus ab eo constitutam voluit. Sed ita profecto est, ut dixi; in ea parapiegmati Hipparchus incidit, que alibi, quam in Gracia, ab illo sunt edita quod de Philippo quoque prestant & ipso quondam astronomo, pro aequitate nostra, conjectari libertate.

Ut autem excellentes illos astronomia laude viros ab infinito, ac turpissimi lapsus invidia hoc, quem dixi, modo defendimus; sic ab Arato, ac ceteris ejus imitoribus similem culpan deprecari nulla excusatione possumus. nec id verò magnopere curamus. Plus enim ad celestium rerum scriptiōnē poetica facultatis, & industria, quam usus illarum, ac scientia Aratus concurrit; ut in exordio libri primi tellus est Hipparchus; ac vel

vel eo tacente res ipsa declarat. Hic ad eam cœli inclinationem sphæra sua ratiocinatio comparavit, in qua polus gradibus attollitur 41, quod ab eo factum Theopatetice idcirco, quod in Helleponi climate, hoc est in Macedonia scripsit. Egò verò non id certo consilio nec cogitata quadam ratione fecisse Poëtam istum arbitror: Atqui duo stellæ sunt in anterioribus pedibus Ursæ descripti afferit. Atqui duo stellæ sunt in anterioribus pedibus, quarum borealior Gemini tempore diffabat à polo boreo gradibus precise 37. australior dimidio ferè amplius gradu. quare poli erat altitudo gradum totidem. Verum paulò diffabat de tropico circulo eadem cum Gemini Arato docet. *ἐποντὸν δὲ οὐκ εἴπει, πέντε μὲν τριηκοσταὶ γεγονότα πολιτεύονται τοιαὶ τέσσερες.* Ita fecari tropicum ibi, ubi erat, afferit; ut ex octo partibus quinque supra terram, infra vero tres existant, qui situs graduum quadrangula & unius elevationem requirit. Minime ergo cum antecedentibus coherent sequentia.

Eadem hallucinatio est apud Hyginum, qui quarti libro circulum Ärticum caput, ac pedes Draconis fuHygini finire ait. & idem tamen tropicum circulum ex octo partibus, quinque supra terram, infra trebus existent, tribus infra depresso, afferit.

CAPUT VI.

Examen Ärtici, Tropici, & Äquinotialis circuli ab Eudoxo, & Arato definiti ex quibus Eudoxi de polo sententia colliguntur. Quedam in Hipparcho notata.

Ed jam tempus est, ut Arati, & Eudoxi circulos scum Hipparcha, ac nostra castigatione repræfentemus: non omnes quidem: neque enim necesse est: sed tres tantummodo præcipios; Ärticum, astivum Tropicum, & Äquinotiale, quos etiam solis adhibuit Scaliger. In singulorum laterculis colla erunt quinque.

ARCTICUS CIRCULUS EUDOXI, ET ARATI.

Nomina stellarum	Distantia à polo mundi.			Distantia stellarum à superiori majoris laterculi. Draconis
	Eudoxi tempore	ab Hipparchi definita	Hipparchi atate ex noctis tab.	
Bootæ sinistra humerus	40, 13'	41, 15'	41, 44'	36, 18' 35, 48'
Superiora Coronae	52, 10		53, 34	45, 58 49, 58
Caput Draconis	37, 0	37, 0	37, 3	29, 37 39, 53
Superiora fiduciae	51, 8	49, 0	51, 9	43, 44 54, 18
Superiora dextra alia Cygni	39, 39	40, 0	39, 39	33, 18 43, 5
Cephei pectus	36, 28		35, 11	33, 50 43, 21
Cassiopeia superiora, id est, pedes	39, 26	38, 0	37, 50	41, 47 45, 47
Ursæ majoris pedes anteriores		hallucinatus		
Australior pedis dextræ	37, 24	Hipparchus pedes alter accepit	37, 24	44, 33 34, 5
Borealior pedis ejusdem	36, 47		36, 55	43, 39 33, 41

TROPICUS CIRCULUS EUDOXI, ET ARATI					
Nomina stellarum	Distantia stellarum à polo mundi.			Distantia stellarum	
	Eudoxi tempore	ab Hipparcho definita	Hipparchi atate ex nostris tab.	à superiori majoris laterculi	à pen. caudæ Draconis
Geminorum { Antecedentis	56, 43'	56, 30'	56, 29'	65, 14'	56, 45'
capita { Succendentis	59, 48	60, 0	59, 21	67, 16	57, 28
Genus Heniochiimo pedes { Dexter pes	63, 14	0, 0	62, 13	70, 10	64, 49
Sinister	63, 26	63, 0	62, 53	70, 32	66, 37
Persei finistra tibia	63, 57	0	62, 33	69, 21	67, 58
Persei sinistra humerus	52, 57		51, 26	56, 32	58, 35
Andromedæ dextra. In brachio dextro australissima	66, 29		64, 43	66, 8	67, 27
Ungula equi		qua fint incertum			
Cygni collum	59, 27	59, 0	59, 6	52, 30	64, 5
Cygni rostrum	64, 55	65, 0	64, 49	57, 51	68, 47
Ophiuchi humeri { Dexter	81, 31	83, 0	82, 17	74, 9	81, 35
Sinister	74, 21	75, 0	75, 20	67, 25	73, 13
Cor Leonis	68, 11	paullo australior astivo tropico.	69, 8	73, 11	62, 2
Leo { Australis colli	63, 26	paullo borealior	64, 26	68, 33	57, 21
Borea præcedentium in laterculo	66, 1	65, 0 amplius	64, 30	71, 29	60, 2
Australior præcedentium in laterculo	66, 48	In ipso ferè tropico	67, 5	73, 46	62, 49
Cancer, cuius	62, 56	63, 30	63, 7	69, 47	58, 46
Borea succendentium, five Afellos boreus	66, 10	66, 0	66, 23	72, 58	61, 53
Australia succendentium, qui & Afellos australis					
Ophiuchi caput	73, 13	73, ferè	73, 58	65, 52	73, 8
Cygni alæ { Extrema alæ	67, 54	67, 0	67, 5	63, 42	73, 47
finistra { In ancone alæ	63, 15		62, 23	57, 16	68, 37
Andromedæ dextra. Australis 3. in dextro brachio	66, 29		64, 54	66, 8	73, 24
Sepentis Ophiuchi collum	64, 28	Ἄσωτες πίστημον	66, 19	59, 20	61, 9
Ingeniculi dextra manus. Hujus ancon	63, 37	Ἄσωτες πίστημον	64, 50	57, 31	61, 4

ÆQUINOCTIALIS CIRCULUS EUDOXI, ET ARATI					
Nomina stellarum	Distantia stellarum à polo boreo.			Distantia stellarum	
	Eudoxi seculo	ab Hipparcho definita	Hipparchi seculo ex minoris laterculi	à superiori majoris laterculi	à pen. caudæ Draconis
Aries in longum. Renes illius	80. 7	Totus aries borealior est	78, 31	83, 46	85, 30
Tauri genua. Dextrum	89. 43		88, 27	95, 45	92, 33
Zona Orionis. Medio zonæ	95. 21	Rectè. Nam in æquinoctiali sita est	94, 46	102, 52	95, 52
Flexus Hydrae. Cor Hydrae	89. 15	Longè australior est	90, 2	93, 45	83, 27
Crater { Boreæ peripheria	88. 16	Longè australior	89, 39	90, 47	81, 19
Ansa borealis	91. 22	Longè australior	92, 52'	92, 5	84, 2'
Corvus. In ala sequente	93. 9	Longè australior	94, 45	93, 23	86, 12
Chela. Lucida Chela boreæ	87. 57	Ἄσωτες πίστημον	89, 23'	83, 14	83, 26
Ophiuchi genua { Sinistrum	92. 51	93, 30'	94, 4	86, 26	90, 30
Dextrum	99. 33	amplius 100	100, 36	92, 41	97, 57'
Aquila ala sinistra. Infima	87. 10	Non attingit æquinoctiale	87, 15'	80, 3	90, 39
Equi lumbus	88. 22	amplius 86, 30'	86, 53	87, 31	95, 22'
Equi caput. Os Pegasi	89. 18	Ἄσωτες πίστημον	88, 25	84, 11	95, 21
Equi collum. Lucida colli	90. 27	Ἄσωτες πίστημον	89, 14	84, 24	100, 44
Piscis boreus. Media trium in australi spina	82. 16	80 o	80, 39	83, 21	88, 53

Hi sunt Veterum circuli, quos Aratus ex Eudoxo, aliqui descriperunt. In quibus peculia observatione digna sunt aliqua. Ac primum ex iis tabulis apparet, eti polos mundi in aliquâ stellâ defixis peribatur Eudoxus, & Eratosthenes; hic vero nominatum in altero minoris Uræ posuisse: quod confirmat Hyginus: tam in circulis definientibus, eodem intervalla simplici, non ab stellarum diuaria altera, quas fuisse tum boreales maxime demonstravimus: sed ab vero æquinoctialis, mundique polo & cardine: quem circum citima omnium polaris stella angustiore gyro vertitur. Quamvis enim pleraque stelle per illud tempus justam ab mundi polo distantiam non expleant; aut etiam aliquantum superent: nihilominus plures legitima spatia cum polo mundi, quam cum stellis duabus exequant. Imprimis autem circulus articus stellas quatuor vel quinque praebet: que controveriam tollunt, & hoc persuadent, quod docuimus: populari magis sermonis usu, quam serio, atque ex sensu suo scripsisse hoc Endoxum, stellarum, quae moveri non cernuntur, polum esse mundi. Sunt haec: Caput Draconis; Cephei pectus; Ursæ pedum lateralia; & Cassiopea superiora. Ex quibus caput Draconis admirabiliter convenit tam Eudoxi, quam Hipparchi seculo. Nam gradibus distat à polo præcisè 37; Vero pedes Ursæ non eos intellexit, qui apud astronomos vulgo feruntur: sed australiores majoris laterculi, ita ut australior antecedentium, pedibus anterioribus respondeat: succendentium vero itidem australior posterioribus pedibus. quam fuisse Veterum omnium opinionem, & ipsius etiam Eudoxi, supra Num. X docuerat. Et quidem calculo nostro priorem, Hipparchi tempore, competrimus à polo distare gradibus 33, 37. posteriore, 24, 58'. Sed eos Ursæ pedes ab Eudoxo constitutos esse, id vero falsum est: ut & res ipsa declarat; & nos capite III demonstravimus.

Sic in Cephei pectore mendum incidit. Non enim australius est artico circulo: sed Eudoxi tempore congruebat. Hipparchi vero, Ἄσωτες πίστημον, paullo enim borealius fuit. Sed neque in antecedentibus, quo digitum intendit Hipparchus, australius esse significavit: quin

AD AUCTARIUM OPERIS DE DOCT. TEMP.

70 attinet, quæ nimis à polo distant, alterum è duobus par est credere. Aut enim eās stellas, quæ vulgo certis asterismis addicuntur, ad alios accommodavit, aut alterius finitoris, quam Græcia, vel Attica, rationem interdum habuit, quod ego in Boote, Cygno, & Caſſopea potissimum accidit reor, quarum distantia ab Helleponti parallelo, vel magna Græcia, non valde discrepat; aut ejus denique regionis, cuius altitudine poli sit gradum 40, aut 41. In reliquo duobus asterismis prior intervenire causa potuit. Ex variis igitur observationibus miscellani aliquam concinnare per imprudentiam potuit Eudoxus: ut ea, quæ locis erant a temporibus disjuncta, confundenter. quod Arato, ceteraque deinceps fraudi fuit.

In tropico circulo Pertia finistra tibia, simisterque humerus ab Arato, Eudoxoꝝ ponitur, quod etiſ falſum est; haud firmo tamen argumento id Hipparchus refelit. Nam lucidam objici in medio Perſei corpore gradibus ab æquinoctiali declinare 40: à tropico, 16. Hoc verum effe in ea ſtella, que in dextro latero colloquatur, tabule noſtri fidem faciunt, quippe declinatio à nobis inventa eft gradum 40, 16' Hipparchi tempore. Verum minime inde conſiderit, ſimiliter tibiam ac genu borealiora etiam videri. Hac enim australiora ſunt, neque tamen tropicum attingunt.

Andromeda dextrum brachium, non manus, in ipſo tropico circulo defertur. Etenim australior trium in dextro brachio Eudoxi ſeculo declinabat gradibus 23, 31'. Hipparchi, 25, 17'. At Hipparchus e tribus humeri dextri, australiorem declinare dicit ab æquinoctiali gradibus 30, quod eft falſum. quippe unicat tantum in dextro humero notatur in afteriſmorum catalogo, cuius declinatio borea fuit tum 22, 4'. trium verò, que ſunt in manu dextra, australiorem declinare gradibus 32, quem ſitum invenio in australiore manus dextre, nimirum 31, 52'. Itaque alteram, quam Eudoxus affigunt, Hipparchus adhibuit.

In æquinoctiali miror ab Hipparcho zonam Orionis in ipſo circulo conſtituit. Nam media illius atate diſtabat ab eo gradibus ferè quinque. E contrario verò Cor Hydræ in æquinoctiale ipſum incidebat: ut & boreus Crateris ambitus, que tamen longe idem australiora facit. reliqua per ſe patent ē tabula.

C A P U T VII.

Confutatur falsa Scaligeri persuasio; qui Eudoxi circulos, & Eratosthenis credit ad alium, quā mundi, polum descriptos eſe, auctio Olympiadum initio congruere. quod tandem ex eſt.


Scaliger p. 46. & 47. **H**ec de circulis Eudoxi paulo explicata fuſiū ūsum insigniſ habent ab Scaligerianas convincendas nāmias, qui de polo æquinoctiali, dēque circulis illis hāc capite tertio diſputare pergit. Poſtquam enim circulos Eudoxi, & Eratosthenis per ſtellā aliquot deſcriptos, examinatosque proponit; ex iis ſtellis, que rečē ſunt definita, colligit; Vetus illis non alios circulos parallelos in animo habuimus, quā eos, qui in epocha Olympiadum deſignati erant. & ab initio Olympiadum ad tempora Eratosthenis nullos alios circulos in ſphera notavimus, quā per oīavas dodecatemoriorum tranſplantant. Addit octavas illas fuſiū duodecimas in dodecatemoriis hoſiethnis Leonis, Scorpīi, Aquarii, Tauri: quod jam Cap. II declaravimus. *Hoc non intellexit, inquit, Hipparchus: qui ſep̄ in illis deſignationibus reprehendit Eudoxum: cum Eudoxus non de circulo ſacculi ſui, sed de illis, qui initio Olympiadum erant, intelligat.*

Sed hoc tantummodo vellit Scaliger; plerasque ſtella circulorum limitantes ad Olympiadis prime tempora quadrare: hoc eft earum declinationes per id tempus legitima à poli vel æquinoctiali intervallo repræſentare; ferri utcumque illius opini poſſet. Nam in nonnullis id eft verum animadvertemus: tametsi in aliis longissime calculus abhorreat. Sed non eo contentus eft. Statim enim polum æquinoctiali ab extrema cauda Cynofura gradibus circiter 18 remotum fuſiū dicit: à polo mundi gradibus 15. culminans verò cum octavodecimo gradu Libra. qui tunc erat XIV Virginis. Quod commentum non abſurdum ſolum, & ridiculum eft: fed ex eo quoque prius illud evertitur.

Hinc enim efficitur; non poſſe circulorum illorum li- mites ad Olympiadum initium referri. Id hac ratione demonſtratur.

In Eudoxi circulis quādam rečē conſtituta, ſi ad primas Olympiadis tempus revocentur, animadverſit Scaliger. Ut in tropico circulo Bootis ſiniftrum humerum; caput Draconis; ſuperiore alam dextram alitis, id eft Cygni: priores majoris Urſe pedes. In tropico Cancri, media Cancri, ac Leonis: ſuperiora Virginis: cervicem serpentis Ophiuchi: dextram alam Cygni: Heniochi genua. In æquinoctiali; Equi nares; Ophiuchi genua. Craterem: dextrum genu Tauri: boream chelam. Hac igitur, quæ adamauimus, Olympiadum initio, circulis congruſe docet; longius ab iis abſuſe, ſi vera ſunt, quæ de polis æquinoctialis addit, inde perficū deſcribat. Inveſtigetur enim mobilis illius poli locus in zodiaco, quem per id tem- pus obtinebat; ut ex eo per canonem XX exploremus ſtellarum ab polo diſtantias.

Diſtabat, inquit Scaliger, gradibus à polo mundi quindecim: à Cynofura canda extrema, gradibus octo- decim; & culminabat cum gradu decimoquarto Virginis. Igitur arcus æquinoctialis ab æquinoctio propinquore ei reſpondens gradum erit 14, 21'. qui ablatus de 180, relinquit aſcenſionem rečē gradus decimiquarti Virginis, 16, 5, 39', five Sign. 5, 15, 39': ſi quidem maxima obliquitas zodiaci capiatur gradum 24, 0'. Queratur nunc locus Scaligeriani poli in zodiaco circulo, ex canone IX libri primi, cuius hic ſchema revoſetur. in quo circulus HDBA ſit colurus Solſitiorum. K ſectio æquinoctialis, & ecliptica in principio Libra. D polus zodiaci. C polus mundi. P polus æquinoctialis ex mente Scaligeri gradibus 15 diſtantia à C, polo mundi. BKH zodiacus. AKG æquinoctialis. In triangulo itaque CDP obliquangulo, data ſunt CD diſtantia polorum, 24, 0'. CP gradum 15, 0'. diſtantia poli Scaligeriani à polo mundi, five complementum declinationis ejusdem poli Scaligeriani:



angulus PCD cujus mensura eft arcus in æquinoctiali GKM à G puncto æquinoctialis reſpondente ſolſitio Capricorni H, ad M, punctum aſcenſionis rečē gradus Virginis 14, quod gradibus ab æquinoctio diſtat 14, 21'. Unde angulus ita gradum eft 104, 21'. Ex his deprehendetur angulus CDP gradum 29, 2', cuius mensura eft arcus BL in zodiaco à B Solſitio Cancri, gradum 29, 2'. Fuit ergo locus Scaligeriani poli in Cancri 29, 2'. Eadem methodo reperiemus & latus DP gradum 15, 0', cuius complementum eft PL gradum 58, 55'. latitudo poli Scaligeriani. Quibus cogniti, inquiramus ex canone XX intervallo inter hunc polum, & quamcumque ſtellam, ac ſit in ſchemate canonis ejusdem A polus zodiaci. N polus æquinoctialis Scaligeri gradibus à polo zodiaci diſtantia 31, 5', qui eft arcus NA. Eſto deinde punctum O ſtella quāpiam: puta borealis anſa Crateris, quem in ipſo æquinoctiali praeceſte tunc fuſiū putat Scaliger. proinde gradibus 90 diſtare debet à polo ejusdem circuli, hoc eft ab N. Igitur in triangulo NAO datis NA grad. 31, 5': AO gradum 101, 50'. (quoniam latitudo australis anſa borealis, eft gradum 11, 50', qui ad 90 ideo ſunt addendi:)

VARIARUM DISSERTATIONUM, LIB. III. CAP. VIII.

fa diſtabat gradibus 12, 24'. cum eadem ſtella totidem, ſcl. pag. quod hoſiēque, abeſſer à polo mundi: hoc eft, ut pu- 33. & 38. tat, gradibus 3, 24'. Capite porro tertio, culmine ſcl. p. polum Hipparcheuſis cum parte duodecima Li- brae hoſiēna; ejusque ſitum in zodiaco fuſiū in parte Cancri 24, 27'. Quibus ex principiis equinoctialem il- ſcl. p. lum delineat, ac ſtellas enumerat, per quas transiſbat. & ad eundem obſervatas ab Hipparcho ſtellarum alia- rum declinationes accommodat. Hoc inſandum, & horribile potentium diſponit, atque inter ſe pugnanti- bus ex rebus, ſententijs contextum longe etiam priore ſtupidiſ eft. Nam ſeipſum collidit, evertitque, cum 23, 27', & 26, 27' in eo multa conglobentur. Gradus hoſiēni Cancri 24, 27' erat Hipparchi tem. Scaliger pore Geminorum gradus 29, 39'; fi quidem graduum pag. 43. 24, 48' ab illius ſeculo facta eft 25, 39', ut putat Scaliger, gradus verò Librae hoſiēna 12 erat Virginis 17, 13'; detracit utrobius gradibus 24, 48'. Hoc modo capienda haec eft, Librae hoſiēna, Cancri hoſiēni gradus huius vel illos, ex mente Scaligeri ſupra, capite I demonstravimus; atque hoc expreſſe ipſe doct. locis aliquot: velut pag. 47, ubi Cynofura poſtremam in cauda, initio Olympiadum culminaſe ait cum pars XVIII Librae hoſiēna, quæ erat XIV Vir-гинis illo ſeculo. Item pag. 35 eodem ſeculo dicit ſolſi- tium initio quinta pars Leonis hoſiēni commiſſum eft. Sic igitur & 12 pars hoſiēna Librae gradus erat 17, 12' Virginis; & pars 24, 27' Cancri hoſiēni, erat pars 29, 39' Geminorum.

Aqui id eft absurdum, & contra doctrinam omnem ſphericam; culminare punctum aliquod cum zodiaci parte, quæ fit ultra colurum Solſitiorum, in confe- quentia; & in alia parte ſitum idem eſſe punctum, quæ pars circa eundem colurum in antecedentia veretur: hoc eft in diſeris hemiſphariis, qua ſolſitiorum co- luro dividuntur, locum ſtelle ſecundum zodiacum; & punctum aſcenſionis rečē collocari, qua eft Scaligeria- na hypothēſis divini illius commentarii.

Item Cor Leonis ab illo polo Scaligeri diſtabat gradibus 58, 53'. Oportebat autem diſtare gradibus 67, ut in Tropicum incidenter. cui prieſte conveniſe doct. Scaliger.

Præterea Tauri genu dextrum exaēt in æquinoctiali incurrife circulum affirmat idem. quod & verum fuſiū Eudoxi ſeculo tabula noſtri æquinoctialis oſtentat. At eadem ſtella diſtabat Olympiadum initio à Scaligeri polo gradibus 82, 6'. non, ut par erat, 90.

Pura his afferre poſſum exempla. fed ad convinen- dos vel pertinacissimos quoque paucia ita ſufficiunt. Primum eft igitur inventum illud mobilis poli, ac circuli æquinoctiorum perinde mutabilis. quod auctoris ipſius testimonio, ac decreto proſtru evertitur.

C A P U T VIII.

Defendit Hipparchus aduersus Scaligeri commentam, qui principem illum astrologia falso credit alium ab mundano polum inſtituisse.

NON Eudoxo tantum, & antiquioribus illis astro- nomis contagione erroris ſi, ac commenti- vatis ſcaligeri aperfit. fed quod extrema vel imperi- tie, vel temeritatis fuit, etiam Hipparcho, quem pro vero mundi polo, neſcio quem ſibi propoſiuit alterum ſomniat ab illo diſtinguit, ac remotum. Etenim in ri- diculo illo ſchemate, quod Cap. II. demonstrationis Mathematica loco eſſe juſit: (quasi demonstrare id ſit, quod opinione tibi tua fixeris, id ſola decriptione, ac pictura proponere;) punctum quoddam Q. punctum æquinoctialis ex Hipparchi ſententijs fuſiū pertinet. quod ab altero, G, id eft extrema cauda minoris Ur-

analis ſecundo ſitum.

Colligantur enim primū declinationes plerisque,

atque ab mundi polo diſtantia fixarum; quas partim in

libris Hipparchi tribus a nobis editis; partim apud Ptolemaeum Lib. VII. C. III extare meminimus; quāque adeo Scaliger capite tertio commemorat, & ad examen

proposita ſententijs ſuſiū, ſed eft tamen omittendae ſunt, quas jam ſuprā

in circulorum tabulis deſcriptis, ceteras in ſequenti

lateſculo referemus.

Tabula distantia à polo stellarum aliquot ex Hipparchi observatione, cum examine Scaligeri, & recensione nostrae.

Stellarum nomina	Hipparchea à polo distantiae.	Examen Scalig.	Ex nostris tabulis	Polus
Lucida dextri humeri Cephei	35, 30'		35, 42'	B
Lucida sinistri humeri	34, 45'		34, 34'	B
Arcturus	59, 0	Præcisæ	59, 41'	B
Persei in medio corpore lucida	50, 0	Præcisæ	49, 44'	B
Andromedæ trium in dextra manu australior	58, 0	Præcisæ	58, 8'	B
Scorpii spondylus secundus	59, 0		59, 1'	A
Media thuribuli	46, 0		46, 0'	A
Aculeus scorpii	58, 9		58, 26'	A
Pes Arietis	90, ferè	Præcisæ	89, 42'	B
Media Pleiadum	74, 30	Convenit	74, 8'	B
Palilicium fidus	80, 30	Præcisæ	80, 50'	B
Capella	49, 36'		49, 31'	B
Orionis sinistra humerus	88, 12	Rectissimæ	87, 54'	B
Orionis dexter humerus	85, 40	Rectæ	85, 24'	B
Sirius	74, 0	Præcisæ	74, 24'	B
Spica Virginis	89, 24	Convenit	89, 26'	B
Antares	71, 0	Præcisæ	70, 40'	A
Aquilæ lucida in scapula	84, 12'	Convenit	84, 29'	B
Extrema caudæ Helices	29, 15	Imo 31'	29, 40'	B
Media caudæ	23, 30'	Imo 26	23, 19'	B
Antepenultima caudæ	22, 24	Imo 25	22, 5'	B
Chela australis Scorpii	84, 24	Convenit	84, 34'	A
Inferior præcedentium in laterculo majore, Hipparcho pes antecedens	66, 0		66, 23'	B
Inferior succedentium in eodem laterculo; Hipparcho, posterior pes	65, 0		65, 2'	B
Pegasi ala extrema	87, 0	Præcisæ	86, 51'	B
Australissima trium in sinistro cruce Bootæ	63, 0	Imo 64	62, 11'	B

Harum omnium stellarum intervalla ab mundi polis, quæ Hipparchus observavit, egregie cum hodiernis tabulis, ac nostris conseruantur, sic ut scrupuliorum aliquot dumtaxat differunt, quod est singulare, ex eoque fucus Scaligeriani segmenti convincitur. Nam si polum alterum, quam mundanum & quem unum hodie intuentur omnes, propositum habuissest Hipparchus, non esset tanta declinationum illius, ac nostrarum concordia, sed plerumque novem circiter gradibus major Hipparchea distantia in iis stellis, quas inter & polum æquinoctialis interjectus esset mundi polus minor autem, in iis, quæ opposta in parte sita sunt. Culminabat Scaligeri polus Hipparchi secundo cum 17, 12' circiter Virginis, & à mundi polo distabat partibus, ut minimum, 9. Quæ igitur stellæ ad Libram, & Virginem accedebant, earum à polo æquinoctiali 9 partibus minor erat, quam à polo mundi distantia, contrâ vero in iis, quæ ad Arietis, aut Pisces dodecatemorum pertinebant. Sic Arcturus, qui ab mundi polo distabat partibus 59, ut cum Hipparcho sentit Scaliger, ab æquinoctialis polo aberat partibus tantum 5'. Repetatur enim schema canonis, in quo sit A polus mundi, N polus æquinoctialis Scaligeri. M Arcturi stella. Datis ergo lateribus NA graduum 9, distantiae polarum, & AM complementi declinationis Arcturi 59, 0', cum angulo NAM differentia ascensionis rectæ Arcturi, quæ est 190 circiter, & Scaligerianæ poli, quæ est 168, 7', graduum est 21, 53'. obtinebitur latus ND graduum 50, 43'. Tantumdem intervallum erit Arcturi à polo Scaligeri; quod tamen 59 oportere esse fatetur. Præterea spica Virginis ab eo polo, quæ Hipparchus agnovit, distat gradibus 89, 24' a polo vero commentario Scaligeri, gradibus 82, 18'.

Item lucida pedis sinistri posterioris Arietis in ipso æquinoctialis circulo ab Hipparcho posita distabat ab eiusdem polo gradibus 90, a Scaligeriano vero, 95, 55'. Denique lucida Persei à polo distabat, Hipparcho teste, & suffragante Scaligero, gradibus 50, ab altero polo gradibus 58, 18'. Licit hoc in ceteris quoque demonstrare stellis, quarum à polo intervalla ex Hipparchis

VARIARUM DISSERTATIONUM, LIB. III. CAP. IX.

parcenis observationibus edita probavit Scaliger, sed grad. 43; ferè. Proinde circulus ille Hipparcheus æquinoctialis ante centesimum à sectione verna gradum bis mundi cingulum permeabat, ac fecabat, neque circulus erat; sed spira contortuplicata sepius, ac lini simili, quo Pisces ambo vincuntur.

Non minoris flagitiæ est, quod per eam, quæ inter caput hydræ est, & malum Argus, æquinoctiale suum deduxit. Stella hac Hydry cotest. Hoc enim tempore Hipparchi in æquatore ipso mundi positum fuit, cuius ascensio rectæ gradum 115, 40' ac supererat centesimam partem, in qua sectionem factam esse doceat Scaliger, partibus sex ferè. Igitur rursus ad cingulum mundi refectebatur, per quod deinceps transiens ad sequentem diuariam septentrionalium in craterे pertingebat. Hæc est lucida borealis peripheria; quæ Hipparchi tempore in ipso sita erat æquinoctiale mundi circulo. Porro cum alteram intersectionem æquinoctialium amborum factam esse statuat in 280 parte ab verna sectione, post primam sectionem, quæ in 100 facta est; nihilominus 78 gradibus ante illum ipsum 280 mediatorem ab æquinoctiali Scaligeri secutum esse necesse est; si quidem per lucidam boreæ cheles transferit, cuius Hipparchi tempore borea declinatio fuit 0, 37'. Ascensio rectæ 202, 37'. Ut igitur ad illam stellam perveniret æquinoctialis circulus, mediatorem parti debuit multis gradibus ante sectionem mutuam, quod est absurdissimum.

Tale est & alterum illud, æquinoctiale eundem diuibus partibus eam excessisse, quæ est in ultimo flexu serpentis Ophiuchi, cuius borea declinatio fuit Hipparchi tempore grad. 4, 35', cum esset ascensio rectæ grad. 210, 19'. Itaque post centesimum gradum, in quo mundi cingulum fecans ad austrum deflexerat, rursus ultra ipsum tendebat in boream; iterumque fecabat, ut boream chelam attingeret.

Sed nimis diu nos nigræ istæ detinent: in quibus tam menem confundatis nonnullum operæ præsum facimus: ne quis fortasse, qui Scaligerum non nosset, putaret ab illo contra communia astronomorum omnium placita probable, aut fatem tolerabile aliiquid esse conjectum. Cetera commentarii illius *magistrorum*, & consequentia, quæ in postremum caput congerit; iis everitis ac disjectis, ex quibus ista ducentur, sublapſa per se, ac labefacta concidunt. Itaque finem hic ea de re disputandi faciemus.

